



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Longinus M. 15. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

15. Mart. VITÆ SANCTORUM. 173

PETRUS credidit *Virginem* vidisse, ut cum ex ægritudine alterum deinde oculorum amisisset, minimè agrè hoc ferret, memor, in quali oculo oculum suum abscondisset. Imò gratulatus sibi luscus est, è duobus hostibus (sic enim ille oculos indigitabat) unum saltem amisisse. Lubens igitur etiam alterum beatâ morte clausit. Ex *Petro de Natal.*

*Reverà illud verum & solum est gaudium, quod non de creatura sed de Creatore concipitur, cui comparata omnis aliunde jucunditas mœror est, omnis suavitas dolor est; omne dulce amarum, omne decorum fœtum, omne postremò quodcumque aliud delectare potest, molestum. S. Bern. in Epist.*

S. LONGINUS M. 15. Martij.

**L**ONGINUM ajunt Centionem ejus cohortis fuisse, quæ Servatori, & è cruce pendentem, & tumulo condito, custodia causâ fuit addita; Eundem lanceâ latus hausisse sacratissimum, geminosque amoris fontes sanguinis & aquæ nobis dedisse, auctori etiam suo salutare, quippe cujus oculis medicinam fecisse liquor illapsus memoratur. Id certè nemo negaverit tot miraculorum spectatori mentis oculos apertos esse, & cum facinus jam suum, ac Judæorum videret, pectus planxisse, & testi-  
mo-

174 VITÆ SANCTORUM. 15. Mart  
monium divinitatis Crucifixo dedisse.  
Id cum & tunc & in publico post concilio  
fecisset, odiumque ingens sibi con-  
flasset, Cappadociam gemino cum comi-  
te petiit. Sed & invidia comes ivit Ju-  
dæorum, & missi à Pilato, qui caput  
LONGINI referrent. In hos dum forte  
offendit, ipse cognitos incognitus domo  
excipit habetque perliberaliter. Postridie  
LONGINUS LONGINUM prodit,  
mirante & tesseram hospitii frangere  
ipso hoste reuente. Sed animos addit  
LONGINUS, jamque Martyrum pur-  
puram ambiens vestes candidas induit,  
animamque cælo, caput Pilato dat fe-  
rendum. Hic nobile spoliū in fime-  
tum abiecit. Prodidit tamen iterum se  
Divus, &, ut sepulchro caput cum filii  
cadavere conderet matronam oculis de-  
stitutam monuit. Itaque tantum thesau-  
rum repetit cæca. Sed & oculos unā re-  
perit. Ex Metaphr. & vitæ Christi Germ.

Dominus meus JESUS, post cetera  
inestimabilis suæ erga me beneficia pietatis,  
etiam dextrum sibi propter me passus  
est latus fodi; quod videlicet non nisi de  
dextra propinare mihi vellet, non nisi in  
dextra locam parare refugii; utinam me-  
rear esse columba, quæ in foramine lateris  
dextri habitat? S. Bern. serm. 7. Qui  
hab.

S. A-